



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

30. Novembris. Experientia docere solet, quòd, ubi sunt multæ contradictiones, ibi sequatur major fructus. S. Ign. in epist. 14. Julii, 1556.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

lix est; primum soli Deo competit, secundâ semitâ divinam licet æmulari felicitatem.

30. Novembris.

Experientia docere solet, quòd, ubi sunt multa contradictiones, ibi sequatur major fructus. S. Ign. in epist. 14. Julii, 1556.

Non negligit officium suum dæmon, impedire conatur, quidquid conatibus suis nociturum videt. Quæ enim concordia lucis ad tenebras expectari potest?

Astutus hostis maturè prævidet damna capiti suo destinata, ideò prævenit, ut in semine suffocet consilia, optimè conscius, initiis obviari posse faciliùs, quàm rebus adultis; ubi radices fixerit arbor, ægrius svelletur.

Quia verò imbellis est, nisi metu nostro audacior fiat, viribus diffidit suis; homines in fœdus vocat, ut hi contradictiones, velut classicum, intonent, quibus deterriti à cœpto opere desistant Apostoli.

Væ diaboli emissariis! qui, quod ille non potuit, bona præpediunt. Folles nempe sunt, quibus incendia orcus propagat, ut

facri ædificii conatus in cineres cogat. Qui
mali sunt, nolunt alios se esse meliores.

I. Decembris.

*Si quam demon conscientiam invenit deli-
catum, multò deliciaiorem efficere niti-
tur, & in extremum quendam redigere
anxietatis gradum, ne sic miserè turba-
tum à profectu spirituali tandem dejicio-
at. S. Ign. de scrup.*

A Picem appetere, est periculum anhes-
lare. Ne quid nimis, tritum sapien-
tibus axioma, etiam in sanctitate locum
habet. Spinæ illæ ex imaginatione propria
natæ ad lancinandum animum aptæ sunt,
non ad sanctificandum.

Terra, quæ cultricem manum non ad-
mittit, quid mirum? si spinas, & tribulos
germinaverit. Justa hæc pertinaciæ pœna
est; si enim consilio locum daret, spina-
rum loco brevè flores parturiret.

Volenti non fit quidem injuria; fit ta-
men detrimentum. Inconsulta planè san-
ctitas! pati sinè merito, sinè fructu labo-
rare, hoc est proprii iudicii martyrem esse.

Minus malum talibus foret: non profi-
cere, pejora sequuntur; fit namque, ut qui